

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficiarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiorvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

46. An ex privilegio concedi possit jupat. ab Episcopo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](#)

**Quesitio. 46.** Num simile privilegium concedere possit Episcopus?

**R**Espondeo: patronatus tam ex privilegio tali mero, quām ex dicta causa operosā augmenti dotis concedi nequit per Episcopum, alioſe prelatos Papā inferiores, juxta c. 2, de reb. Eccl. non alienand. Corrad. l. 4, c. 5, n. 24. Lott. loc. cit. n. 18, q. ult. Pirh. n. 12. Castrop. cit. n. 10. citans Barbos. ubi suprā alleg. 70, n. 25, & Abb. volum. 2, cons. 106, n. 4. Garc. cit. c. 9, n. 12, 8. citans Lamb. item declar. S. Congreg. concil. de 2. April. 1573. super c. 9, ſeff. 25, quā sic habet: *Inspatr. ex privilegio Episcopi concessum, in cuius pacifica poſſeſſione exſtitent præteriti patroñi per annos 140 non prodeſt; cum enim conſet de titulo ex privilegio invalido, centenaria poſſeſſio prodeſt non potest ob malam fidem &c.* Nequit enim Episcopus gravare beneficia & servituti patronatum ſubjicere. Castrop. quod effica- cius procedit ſpectato jure novo. Trid. l. c. Unde licet permifſum fit Episcopo, beneficium liberum unire beneficio juris patr. in caſu permifſa ſibi unionis in genere; hoc tamen trahi non potest in confe- quentiam facultatis concedendi patronatum in be- neficio liberos quia hoc eft reducere beneficium li- berum in ſervitutem; illud verò eft extingueſſe eſ- ſentiam beneficii, conſtituendo illud tanquam pra- dium alterius beneficii, cui unitur. Lott. l. c. n. 18. juxta decif. Rot. 222, n. 2, p. 2. recent. vide eundem de hoc l. l. q. 28, n. 268.

**Quesitio. 47.** An, & qualiter ius part. acquiri- posſit per praefcriptionem?

**R**Espondeo primò: ſi sermo fit de Ecclesia col- legiata & cathedrali (idem eft de Ecclesia re- gulari conventionali) ſpectato jure communi, ius part. à laico, etiam ſi eam fundarit, praefcribi nequit quò ad praefcriptionem Rectoris seu Pra- lati illius; quia hic jure communi non niſi per elec- tionem conſtituendus eft. Castrop. cit. p. 2, n. 12. citans Azor. p. 2, c. 19, q. 11. Barb. p. 3, de potest. Ep. alleg. 70, n. 19. Jo. And. in c. querelam de elect. in 6. Covar. &c. Quòd ſi autem iuri illi communi, quo rector talis Ecclesia non niſi per electionem conſtituendus eft, derogatum fit, ſicut ei derogatum teſtatur Castrop. in Hispania, Gallia, Belgio, fundans Ecclesiam col- legiarum obtinebit ius praefendantandi in ea Recto- rem. Castrop. ibid. & quòd ad praefentem quaſtionem pari forte venit cum aliis Ecclesiis. Unde

2. Reſpondeo ſecundo: Si sermo eft de Ecclesiis aliis, vel etiam de dictis collegiatis, in quibus deroga- tum electioni aliisve beneficiis, etiam dum con- ſtat dictas Ecclesiis & beneficia ſubjecta non fuſſe, ſed nata in ſtatu libertatis, praefcribi potest à lai- co ius part. Laym. ad c. querelam de elect. n. 4. Castrop. loc. cit. n. 11. & A. A. ab eo paulo ante cit. Lott. l. 2, q. 7, n. 29, & seq. citans Federic. de ſeniſ conf. 234, n. 1. Paul. de Citadin. tr. de jure patr. p. 3. causā 5.

3. Ad hanc autem praefcriptionem requiruntur 40. anni cum titulo, vel immemorialis ſine ti- tulo. Castrop. nu. 12. citans Covar. hæc enim praefcriptio nequit eſſe ſine titulo aliquo vero vel ficto; alijs poſſidens malā fide poſſideret, adeoque nunquam praefcriberet; ſed hic titulus ſi verus eft, debet eſſe ex fundatione, vel dotatione, vel ex privilegio: praefumti autem & prætentati ne- quit ex fundatione, adeoque nec prætendit acquisi- tio jurispatr. ex jure communi, dum ſupponitur ſeu conſtar, Eccleſiam fuſſe liberam (praefcriptionis enim viſ conſiftit in praefumptione, quā quantum-

cunque ſit à lege approbata, cedit continuo veri- ti, ubi ea appetet. Lott. loc. cit. n. 32. Unde evadit ri- diculum, & manifestam importat implicantiam, aſſerere beneficium ab immemoriali eſſe patrona- tum, & conſtituere initium illius in libertate, ſeu conſtar de ejus libertate, non ſecū ac eandem mu- lierem admittere eodem tempore & viduam & nuptam. Lott. à n. 31. ad 38.) ergo debet eſſe & præ- tendit titulus ex privilegio. Jam autem efti hoc pri- vilegium ex ſola quā poſſeſſione praefribentis praefumi non poſſit; cum potius praefumi debeat be- neficium liberum o. omnes Baſilica, 16, q. 7, c. venerabilis de except. Poſſeſſio tamen immemorialis etiam hunc titulum privilegii facit praefumere, ſive nil ve- rat, quō minus allegari tunc poſſit privilegium apostolicum. Lott. n. 34. juxta c. 1, de praefcript. in 6. & loco probati tituli habetur juxta c. ſuper quibusdam de verbor. ſignis. & l. hoc jure ff. de aquā quotidiana & eft. Unde & ipſa immemorialis aequiparatur qua- dragenaria cum titulo. Lott. ibid. ex Gomar.

4. Dum verò non conſtareret de initio benefi- ciī, num illud in ſtatu potius libertatis, quām ſervitutis fuſſerit erectum, jam etiam vi imme- morialis prætendit & allegari poſſet titulus ex fundatione, dotatione &c; adeoque acquiſitio pa- tronatū eft ex jure communi, ſeu probari poſſet patronatū ex praefcriptione, relata etiam ejus vi ad cauſam fundationis vel dotationis. Lott. n. 42. ex Puteo. l. 1. decif. 106, n. 4. Porro non intelligitur iuſpat. acquiſitum vi praefcriptionis; ſed quia ex tali tempore immemoriali praefumitur titulus (juxta quōd dictum aliaſ de jure decimandi, ) & hoc eft, quod dicta immemorialitas vel centenaria habeat viam tituli, ſeu inducat titulum. Lott. n. 56. & seq. Dum autem dicitur: immemorialis aut centenaria; non ponatur ut diverſa; quia dum non conſtar de initio contrari, centenaria ipſa concludit ad imme- morialē. Lott. n. 59. qui etiam n. 62. exiſtimat, reſpetu adeo diuina, nimurum centenaria praefcriptionis 9. aut etiam 10. vel 11. menses videri dies paucissimos; quorum proinde defectus aſſimandus non ſit, quemadmodum aliaſ in praefcriptione bre- viore 30. aut 40. annorum, utpote odiosa, requiri- tur etiam noviffimus dies, ita ut ſi hic deficiat, praefcriptio fit imperfeta, & non praefribatur. citat. Paris. conf. 32, n. 6. vol. 3. &c.

5. Reſpondeo tertio: Si sermo eft de Ecclesia ſubjecta ſervitutis patronatū ius part. praefribi po- test à laicis; quia jam non contra Eccleſiam; ſed ad- versus alium laicum praefribitur. Azor. loc. cit. q. 11. Covar. reg. poſſeſſorma fidei p. 2. ff. 10. n. 8. quos citat & ſequitur Castrop. n. 12. dicens eſſe communem. Ad hanc praefcriptionem Azor loc. cit. & Covar. loc. cit. citans pro hoc Coineum, Decium, Alexan. Lamb. Bald. &c. quadrageniam quā poſſeſſionem re- quirunt, abſque titulo tamen; ed quōd mutatio pa- tronatū ex prima in aliam personam Eccleſia po- test prajudicare; cum cadere poſſet in personam ſuſpectam & Eccleſia minus gratam; ſufficere verò decennalem, aut inter absentes vicennalem, tenent Roch r. ipſe q. 30. n. 86. Jo. And. in c. unicum. b. r. in 6. Goffred. q. 18. quos refert, & ſequitur Castrop; ed quōd dicta mutatio dici non poſſit eſſe contra Eccleſiam; cum aqüè pro, quām contra Eccleſiam ſuc- cedere poſſit, adeoque ſufficere ad hanc praefcriptionem tempus, quod ad alias praefcriptions contra laicos ſufficit. Verū hæc, ut idem Castrop, ſu- jungit n. 13. ſpectato jure antiquo; cum arreto Trid. ſeff. 14. 6. 12. & ſeff. 25. c. 9. abſolutè o. omnes patrona- tuſ;